



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Obsecrationes deuotissimæ ad Deum patrem. xvij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](#)

Alia, Christo.

CAPUT

XVI.

Ex Hortulo
animz.

Matt. 15.
Lyc. 7. 23.

Psal. 34.

Conditor cali & terre, Rex regū, & Dominus dominantium: qui me ex nihilo ad tuam imaginē & similitudinē fecisti, & sanguine proprio redemisti: quem ego peccator non sum dignus nominare: Te suppliciter oro, ut clementer me seruum tuum respicias. Misere mei: qui misertus fuisti mulieri Chananeæ, & Maria Magdalene: qui pepercisti latroni in cruce pendenti. Parce mihi Domine: parce mihi Christe. Tu es Creator meus, & Redemptor meus: Rex meus, & Deus meus. Tu es spes & fiducia mea, vita & resurrectio mea: Domine, ne me despicias. Seruus tuus sum, quamvis malus: quamvis indignus: sed qualisunque sum, tuus sum. Ad quem ergo fugiam, nisi ad te? Si tu me euicis, quis me recipiet? Si tu me despicias, quis me aspiciet? Agnosce me indignum ad te configientem: & propitius est mihi miserrimo peccatori. Dic animæ mea, Salus tua ego sum. Amen.

Obsecrations deuotissimæ, ad Deum Patrem.

CAPUT

XVII.

Ioan. Fisch.
Epif. Rof.
1. Ioan. 1.
Rom. 3.

Ela. 43.

Esa. 9.
Rom. 8.
Ephes. 5.
Ela. 53.

Domine ne infurore tuo arguas me: neq. in ira tua corripias me. Misere mei, miserere mei, propter nomen tuum magnum. Et propter nomen sancti filii tui Iesu, quem misisti propitiationem pro peccatis nostris, per fidem in sanguine suo: propitius esto mihi peccatori.

Ecce Pater sancte: ecce puerum tuum quem elegisti, ponens Spiritum tuum super eum: & mittens cum ut euangilizaret pauperibus, & sanaret contritos corde: ut consolaretur omnes lugentes, & prædicaret captiuis indulgentiam. Ecce parvulum tuum, qui natus est nobis: cui etiam non pepercisti, sed pro nobis omnibus in mortem tradidisti, oblationem & hostiam in odorem suauitatis. Verè languores nostros ipse in corpore suo tulit, & dolores nos

res no-

reū nostros ipse portauit. Infirmatus est propter peccata nostra, & vulneratus est propter sclera nostra. Disciplina pacis nostra irruit super eum, & luore eius vulnera nostra sanata sunt. Omnes nos quasi ones errauimus, unusquisque in viam suam declinanit: & tu Domine posuisti in eo iniquitates omnium nostrum, percutiens ipsum propter sclera populi tui. Corpus suum de- Esa. 50.
dit percutientibus, & genas vellentibus: faciem suam non auertit ab increpantibus & conspuentibus in eum.
In dilectione & misericordia sua perditos nos redemit: Esa. 63.
Ephel. 2.
pacificans per sanguinem crucis sue, quae in calis & qua Esa. 53.
in terris sunt. Tradidit in mortem animam suam: &
pro transgressoribus preces effudit.

Respicere clementissime Pater, quisnam ille qui passus est: et reminiscere obsecro, pro quibus passus est. Hic est enim innocens ille, quem cum essemus peccatores, ad mortem dedisti: num non multo magis iustificati in sanguine Rom. 9.
ne ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum? Si reconciliati ibi sumus, cum adhuc inimici essemus, per mortem filii I. John. 4.
tui: an non multo magis reconciliati, salvi erimus in vita ipsius? Ecce agnum immaculatum, qui peccata mundi I. John. 4.
di tollit: cuius pretioso sanguine redempti sumus de ini-
quitatibus nostris. Ecce mitissimum, innocentem: qui
iäquam ovis ad occisionem ductus: dum male tractare. Esa. 53.
Philip. 2.
retur, os suum non aperuit. Qui cum in forma Dei es-
set, nec rapinam arbitratus, esse se aqualem Deo exina-
muit semetipsum, formam serui acc. piens, & in simili- Rom. 8.
itudinem carnis peccati veniens, damnauit peccatum
in carne, humiliansque semetipsum, tibi Pater factus Philip. 2.
est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: Coloſ. 2.
atque illic chirographum, quod aduersum nos erat de-
cruis, delebat: & tollens illud è medio suffixit cruci: in
qua expolians principatus & potestates traduxit con-
d 4 fidenter,

P R E C A T I O N E S.

424
fidenter, palam triumphans eos in se metipso.

Hebr. 13.
Apoc. 1.
Tit. 2.

1. Petr. 1.
Heb. 9.
Ioh. 1.

2. Petr. 3.
Psal. 24.
Psal. 142.

Psal. 129.

Iob 4.

Psal. 129.

Psal. 24.

Psal. 102.

Psal. 77.

Psal. 83.
Esa. 53.

1. Pet. 3.

Expiame o Pater sancte, per sanguinem testamenti aeterni, filii tui dilecti: qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, & redemit nos ab omni iniuritate. Purifica cor meum per sanctificationem spiritus tui, & aspersione sanguinis filii tui: ab omni immunditia peccati & conscientia mala: & iniuratum mearum ne memor sis amplius. Quoniam Deus es tu, bonus & misericors, ac patiens erga nos: nolens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reuerti. Secundum misericordiam tuam magnam, memor esto mei tu propter Bonitatem tuam Domine. Ne ineas iudicium cum seru tuo: etenim si iniuritates attendas Domine: Domine quis non cadet in conspectu tuo? Hoc enim pro certo est, quod coram te nemo viuens instiscabitur. Cum aduersus angelos tuos peruersi quid reperiisti: quanto magis in homine, qui est abomination & factio: & domum inhabitat luteam, & habet sicut aquas iniuritatem? Sed quoniam tecum est propitiatio: spes mea in te Domine Deus, cui fidit anima mea. Anima mea te expectat: quoniam tecum est misericordia, & copiosa apud te redemptio. Uniuersa via tua misericordia. Quam mitis est parvus in pueros suos, tam mitis es Domine erga timentes te: & pro abundantia misericordiae tuae, indulges infirmitatibus nostris. Agnoscis figuratum tuum: recordaris qualis sumus, nempe, nullius firmitatis.

Miserere mei o Domine Deus salutis meae: & propter gloriam nominis tui libera me. Propitius esto peccatis meis, propter nomen sanctum tuum. Pater pie, ne attendas multitudinem iniuratum mearum: sed respice in faciem Christi filii tui sancti: qui peccatum non fecit, & peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum crucis. Auerte faciem tuam a peccatis meis: & omnes

omnes iniurias meas dele. Ne auertas faciem tuam
ante me: ne declines in ira a seruo tuo. Adiutor esto mihi,
ne deseras me, neque despicias me Domine Deus meus.
Amen.

Psal. 50.
Psal. 26.

INITIVM PSALMI XXX.

Cuius verbis usus est Christus in cruce, cum Patri
suocælesti moriens Spiritum suum commenda-
ret. Lucæ 23.

IN te Domine speravi, non confundar in eternum: in CAPVT
iustitia tua libera me.

xviii.

Inclina ad me aurem tuam: accelera ut eruas me.

Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refu-
gij: ut saluum me facias.

Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu: et
proper nomen tuum deduces me, & eniries me.

Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi:
quoniam tu es protector meus.

In manus tuas commendabo spiritum meum: redemisti
me Domine Deus veritatis.

Precationes, vel potius Eiaculationes præcipuorum
Apostolorum, quas sub extremam vitæ horam,
ad D.N. Iesum Christum emiserunt.

S. Petri Apostoli morientis.

PRECATIO.

CAP. XIX.

Abdias vel
cius inter-
pres Africa-
nus lib. 1.

Gratias tibi ago Domine Iesu Christe, Fili Dei vi-
gi: non solum voce & corde, sed spiritu quo te di-
ligo, quo te intelligo, quo te video. Tu mihi omnia, & in
omnibus: tu mihi totum: & nihil mihi aliud praeter te so-
lum: qui es bonus, & verus Dei filius Deus. Cui cum
eterno Patre & Spiritu sancto honor & gloria est, in
cuncta semper secula seculorum. Amen.

d s

S. Ioan-